Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26058
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mum in dispensatione incarnationis et passionis dominice. Ad
primum est sicut dominum te inuitat. columba ingemens mea in foraminibus pe
tre in cauerna macerie fac me audire uocem tuam. Quid est petra ni
si soliditas incommutabilitatis et eternitatis diuine? Quid maceria nisi
custodia angelorum. circumdans ecclesiam quasi uineam domini. Omnes enim sunt ad
ministratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capi
unt salutis. Vbi ad locum ultimum inuitaris? Super illam inueni
tur unus et trinus deus. Unusquisque in unitate eternitatem et immensitatem habet,
in eternitate incommutabilitatem, in immensitate simplicitatem, hoc est
eternitatem sine tempore, immensitatem sine quantitate. Trinus cui est in trinita
te communio unitatis. equalitas immensitatis. coeuitas eternitatis. est com
munio unitatis sine diuisione. equalitas immensitatis sine dimi
nutione, coeuitas eternitatis sine ordine uel successione. Hec si
scrutaris, opprimeris a gloria maiestatis. Quid ergo facies? In isto ergo columba
nidificans in summo ore foraminis. sufficiat uidere te uolun
tatem domini, non ingredi interiora petre ut uideas maiestatem. Veni
et ueniet post paululum, ut in eandem imaginem transformeris a
claritate in claritatem tamquam a domini spiritu. Si tam hebes es ut nec
uoluntati immorari possis. fode in maceria quam predixi. contem
plare consortes et conciues tuos, accede ad montem Syon et ciuitatem
dei uiuentis Ierusalem celestem, et multitudines angelorum laudantium.
et ecclesiam primitiuorum ascriptam in celis. Sed forte reuerberat altissimum
illud ecclesie primitiuorum. et nec in inferioribus stare sustines in multi
tudine angelorum laudantium et hoc pati non potes contemplatione per
sistere in celesti Ierusalem quod nimium est tibi monte Syon, absconde fossa
humo et ad hoc descende in ortum nucum. ubi nux que contra na
turam edita est de uirga Aaron inuenitur. Vbi est iste ortus? Erat in
quo ubi dominus crucifixus est ortus. In hoc orto posuit positionem
ligni crucis in morte quasi teste uitam corium et nucleum. id est inter-